

que nuestra México feliz, que nuestra México privilegiada, siempre será, si tu protección que implora no le falta, una Nación, contra todos los obstáculos, eréyente; siempre será una Nació sinceramente católica, siempre será una Nación eminentemente Guadalupana.



DISCURSO

Pronunciado por el Sr. Pbro. Dr. D. Francisco Orozco, en la Velada Literaria celebrada en conmemoración del primer aniversario de la Coronación de Nuestra Señora de Guadalupe, la noche del Sábado 31 de Octubre de 1896.

Reverendissimi Episcopi, Venerabiles Sacerdotes, Spectatissimi Viri.

De B. Virgine Guadalupense.

ERVENTISSIMA illa erga B. Virginem Guadalupensem religio ac pietas, quæ a primordiis ecclesiae nostræ Mexicanæ in dies usque floruit, fatendum sane est, auditores amplissimi, eam nostris hisce temporibus luctuosissimis, maius incrementum, adiectis viribus, perceperisse. Salutaris enim ille erga tantam Parentem ac Dominam ardor ac pietas gentis nostræ, procul dubio misericordiaë divinæ minus idem et pignus, etsi nunquam inter nos cessaverit, tamen experrec-

V.—4.

tior ad promovendum animos tunc esse
videtur cum magnum aliquod aut ip-
sius ecclesiæ nostræ, aut reipublicæ
tempus adesse vel impendere persentit.
In comperto autem omnium vestrum
est quid a scelestis flagitosisque homi-
nibus postrema hac tempestate in Re-
ligionem, in B. ipsam Virginem Guadalu-
pensem hic actum sit. Haud iuvat
animum haec commemorasse. Ea tamen
detestamur atque deflemus. Tu enim
Mexicana Ditio, quæ me Patria genuis-
ti, inter omnes alias gentes princeps
fortasse incesseras Almae Virginis Ma-
riæ cultum, pietatem religionemque
profitens. Hoe deens vero, hoc orna-
mentum tibi modo per vim, per dolos,
per facinus omne abripere aliqui con-
natur. Ignoseas tu Virgo Sacratissima,
error est pauorum ac culpa. Nos omnes,
tota gens nostra, quæ tua iure merito
dicetur, te profitetur, te veneratur, te
que Parentem ac Dominam inelamat.

Oculos quaeso, auditores amplissimi,
ad illud Tepeyacense templum conver-
tatis. Quid illo ornatus, quid magnifi-
centius quidve excellentius? Testimo-
nium hoc est conspicuum pietatis reli-
gionisque nostræ erga Virginem illam

Tepeyacensem. Cernere ibi sunt mar-
morea ornamenta ex longinquis aspor-
tata terris, picturæ aliaque multa, in
quibus artem ac pretium concertare ere-
deres. Quem vero ullibi latet, haec om-
nia, quod mirum est, ad unius hortatum,
ad unius vocem confecta fuisse? Virum
illum præclarum commemooro, Iose-
phum Antonium Plancarte et Labasti-
da, Virginis istius strenuum adsertorem
ac vindicem, qui ærumnis omnibus ac
laboribus, imo contumeliis ac calumniis
posthabitis, magnum hoc opus, suorum
contribulium ingenti ope ac expensis
aggressus est ac perfecit. Vidistis equi-
dem vos omnes ac testes fuistis anno
proxime elapso Episcopos fere omnes
nostrates, alienigenas vero quamplures
ex dissitis terris, hue adventasse, to-
tam vero gentem nostram commotam
in hanc urbem pariter cammeasse quum
tantæ Virgini Metropolita nostér in-
elytus atque pereximus coronam au-
ream gemmis lapidibusque distinctam
et ornatam, Summi Pontificis nomine
circumducebat. Haec tenus tot gentium
murmur ac clamores obstrepunt auribus
nostris, alque oculis adhuc circumspice-
re videmur tot Venerabiles Antistites

ae fervidos Sacerdotes, clérum omnem, ordinem ac populum suis precibus, larymis, clamoribus concetibusque in illo templo præcelsam hanc Virginem veneraturos. Quid vero? nonne ab hominum memoria usque adeo pietas ac religio huius populi nunquam effuberat? Per mensem integrum novus in diess singulos populorum concurrus concedebat. Imo, videntes testes adhibeo, quem latet omni tempore, per totum anni decursum, ex omnibus coetibus, ex omnibus urbibus, ex quacumque classe hominum hue turbas innumerabiles adventare?

Sileat ergo vesana impletas, obturentur protyrorum ora; imo vero resipiscant. Ni hoc fiat, sciant tamen, qui se mexicanum dicit, in deliciis habere, quod Tantæ Matris filius nominetur et sit.



DISCURSO

Pronunciado en la Velada literaria celebrada en México el 31 de Octubre de 1896, primer aniversario de la Coronación de la Santísima Virgen de Guadalupe, por el Ilmo. Sr. Obispo de Chilapa, Dr. D. Ramón Durra y González.

Ilmos. y Rmos. Señores:

ANVITADO hace dos días por la honorable Comisión que ha organizado esta fiesta, para dirigirlos la palabra en la presente Velada, no pude rehusarme á su bondadosa súplica, á pesar de las grandes dificultades que se me ofrecían para llenar debidamente mi cometido.

Se trataba, en efecto, de cooperar á la conmemoración de un suceso que, inscrito en las páginas de nuestra historia con la luz bellísima de la verdad, es á la vez una de las glorias más puras de la Religión y la honra y alegría de nuestra Patria. Por lo mismo, todo corazón